

Notum esse volumus cunctis presens scriptum inspecturis, quod domina Iutta de Trebezin summam decem marcarum ecclesie nostre contulit, pro quibus annuatim | unam marcam dabimus de manso in Scortiz sito ad ministrandum servicium singulis annis die depositionis pie memorie Henrici mariti eius, quoad usque ipsa vixerit. Cum vero eam usibus
 5 humanis eximi contingerit, ministracio iam dicti servicii in diem deposicionis ipsius anniversarium transponetur. Ad removendum igitur cuiuslibet tergiversationis dubium super hac re hanc presentem litteram sigilli nostri munimine roborari fecimus. Testes sunt filii eius dominus Cunradus prior fratrum predicatorum in Colonia et dominus Albertus lector de Strazbore et frater Theodericus. Datum in Throno anno domini M^o CC LXXVII.

(SD.)

10

280.

Landgraf Albrecht bestätigt die dem Nonnenkloster zu Grimma von seinem Vater Markgraf Heinrich den Erlauchten gemachte Schenkung des Bergzehnten. Freiberg, 1288 März 20.

Hilschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1196. Das wohlerhaltene Reitersiegel (Passe Siegel der Wettiner Taf. IV, 6) an Fäden von rother, grüner und gelber Seide.
 15 *Gedr.: (Beyer) Otia metallica 1,288 ff. Hasche Magazin 6,295 f.*
Ann.: Vergl. No. 270.

:In nomine domini amen:. Quia per veritatem temporum acta variantur mortali-
 20 lium et sepe vergunt in irritum, que ordinantur | ad commodum, si non scriptis autenticis perhennata fuerint et firmata, hinc est, quod nos Albertus dei gracia Thuringorum lant-
 gravius |, Saxonum comes palatinus, Misnensis et Orientalis marchio, consideratis bene-
 ficiorum generibus, que pater noster dilectus illustris Henricus | marchio Misnensis ad
 honorem omnipotentis dei et gloriose virginis matris sue Marie fecit, in largicione tradi-
 25 cione et assignacione decime, que berkeende apud montanos vlgariter dicitur, domine
 abbatisse totique conventui monasterii sanctimonialium prope Grimme Cisterciensis ordinis
 Mersburgensis dyocesis in omnibus montibus sive argentifodinis tocius terre nostre iam
 mensuratis vel in posterum mensurandis, sive iam sint sive fiant processu temporis lucra-
 tivi, prout a nostro patre felicis memorie pie et benevole est perhacta, ipsius vestigiis in-
 herentes pro remedio animarum scilicet patris nostri, matris nostre omniumque progeni-
 30 torum nostrorum et salutis proprie recipiende litteris presentibus confirmamus omni
 solempnitate iuris et facti adhibita, que solita est in huiusmodi confirmacionibus adhiberi,
 nec per nos nec per aliquos nostros successores hoc nostre confirmacionis vinculum vo-
 lumus infirmari. Et pro maiori nostre confirmacionis robore sorciendo eandem litteram
 nostram sepe dicto monasterio in testimonium scribi fecimus et sigilli appensionis nostri
 35 munimine communitam. Datum et actum Vriberch anno domini millesimo CC LXXXVII,
 xiii kalendas aprilis, presentibus nobili viro domino Gebehardo de Qverenvorde, Heinrico
 de Syden, Gunthero de Slatheim, Heinrico de Hunsberge, Vlrico de Maltitz, Ottone de
 Wechmar, Heinemanno de Hayn, Gunthero de Liznic et Mathia curie nostre protho-
 notario Nuwenburgensis ecclesie canonico cum aliis quam pluribus fide dignis.

(S.)

40